AVE MARIS STELLA









1. Ave, maris stella, Dei mater alma,
atque semper virgo, felix caeli porta.

2. Sumens illud Ave Gabrielis ore,
funda nos in pace, mutans Evae nomen.

3. Solve vincla reis, profer lumen caecis,
mala nostra pelle, bona cuncta posce.

4. Monstra te_esse matrem, sumat per te preces
qui pro nobis natus tulit esse tuus.

5. Virgo singularis, inter omne mitis,
nos culpis solutos mites fac et castos.

6. Vitam praesta puram, iter para tutum,
ut videntes Iesum semper collaetemur.

Amen.